



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 19. S. Basilii ad propriam Defensionem Epistola.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV.  
A. C. 374.

§. XIX.

S. Basilii ad propriam Defensionem  
Epistola.

Ep. 77.

Ipse S. Basilii pluribus Episcopis, præcipue ob Eustathium Sebastenum, cuius amicitia necdum publice renuntiaverat, in fide suspectus habebatur. Cum Episcoporum maritimorum, qui Episcopi in Ponto esse creduntur, (\*) erga S. Basilium amicitia refriguisset, & satis longo tempore nullas litteras ad eum dedissent, ipse prior ad eos dedit Epistolam, rarum charitatis, & humilitatis specimen. In primis excusat, quod ad eos non invisisset, allegans causam, quod esset infirmis viribus, sollicitudinem Ecclesiarum, & persecutionem, quam ii, ad quos scriberet, non paterentur. Dicit, ipsorum charitati conveniens futurum fuisse, ut ad se scriberent, consolarentur, & si errasset, corrigerent. Velle se defendere dicit, dummodo id coram suis adversariis fieret. *Si convincimur, inquit: errorem nostrum agnoscemus, vos coram Domino innocentes eritis, quod a nostra Communionem abstineritis, & qui nos convincerint, mercedem accipient, quod malitiam nostram occultam manifestaverint.*

(\*) Sunt, qui putent, non Episcopos de Ponto, sed Papam, & Episcopos Italiae fuisse.

nos non convictos damnatis, non fidei qui- Sæculum IV.  
dem, sed jacturam amicitiae vestrae patie- A. C. 374.  
mur, quam fateor inter cætera nostra esse  
pretiosissimam. Inferius, ut demonstret,  
unionem necessario conservandam esse,  
dicit: *Filii eorum sumus, qui Legem con-*  
*stituerunt, ut minutis litteris communio-*  
*nis nostræ signa usque ad orbis terrarum*  
*fines transmitterentur.* Hic de Epistolis  
formatis seu Ecclesiasticis loquitur. Pro-  
ponit deinde conventum, & colloquium,  
sive apud eos, sive in Cappadocia, ut o-  
mnia in charitate componantur. Ad-  
ditque, quamvis solus scribat, id se ta-  
men omnium fratrum in Cappadocia  
consilio facere. Hac super re scripsit quo-  
que ad Elpidium, nempe unum ex illis *Ep. 322.*  
Episcopis maritimis, rogans eum, ut sibi *p. 1095.*  
præcise tempus, & locum colloquii in-  
dicaret, *Sic enim, ait: quisque sciet, quan-*  
*do sibi, quæ præ manibus habet negotia,*  
*ad tempus sint dimittenda.*

## §. XX.

*Epistola ad Ecclesiam Neo-Cæsa-*  
*riensem.*

At contra alias quoque calumnias, quæ *Ep. 75. ad*  
Neocæsareæ, Patria sua, spargeban- *Neo-Cæs.*  
tur, necessarium fuit, ut S. Basilius se de- *p. 880.*  
fenderet. In Epistola ad Neo-Cæsarien-  
ses, dicit: *Si peccatis meis superest re-*  
*medium,*